



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Rvperti Abbatis Tvitiensis In Ionam Prophetam. Commentariorvm Liber
Secvndvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

est & maior, q̄ ut uerbis eā quis possit cōse qui. Hoc ergo facientes, misericordiā suā relique-
runt, id est grām remissionis peccatorū sperauerūt. ¶ Vnde notandū, quia nō dixi, qui faci-
unt uanitates, frustra misericordiā suā derelinquent. Neq̄ em̄ aditū misericordiæ perdidit
sem, pro eo q̄ occidendo Christū, uanitatē fecerunt, nisi etiā permanēdo in incredulitate,
suāq̄ perfidiā ponēdo cōtra fidē euāgelij, uanitates custodissent. Proinde multo melius di-
ctū est, misericordiā suā dereliquerūt, q̄ si dicas, misericordia sua illos dereliquit, q̄ uideli-
cet misericordiā nullū derelinquit, sed eā derelinquunt oēs custodes uanitatis, oēs defenso-
res perpetratæ iniquitatis. ¶ Illud quoq̄ nō prætereundū, qd̄ dicendo derelinquent miseri-
cordiā, addit suā, quia uidelicet propheticus (ut iā tractauimus de Iudæis) sermo est, quorū
Christus primū misericordiā est. Eorū em̄ adoptio est filiorū, ut ait Ap̄lus, & gloria & tes-
tamentū, & legislatio, & obsequiū, & promissa, quorū patres & ex quibus Christus secun-
dū carnē, qui est sup̄ omnia deus benedictus in secula amē. Igitur Iudæi uanitates custodi-
endo idē uerbū dei repellēdo, & indignos uitæ æternæ semetipsos iudicādo, misericordiā
suā dereliquerūt, & misericordiā nō derelinquentē, imō uisitantē eos repulerūt, tēpus uisita-
tionis suæ cognoscere nolētes, nō misericordiā sempiternā, sed gloriā tēporalē quærentes.
¶ Sed uide adhuc qd̄ dicturus misericordiā suā derelinquēt, p̄misit frustra. Neq̄ em̄ saltem
hoc seruare poterūt, qd̄ occidēdo Christū, sibi met referuare putauerūt, scilicet locū & gē-
tē, imō & lucrosū tēpli uel sacerdotij sui priuilegiū, pro q̄ cōtra oēs gētes spū superbiæ ni-
mis elati, nomē magnū & grande emolumentū, tanq̄ peculiaris unius dei populus capiebāt
de toto orbe terrarū. Nō est factū secundū spem illoꝝ, sed sicut ipsi uerbū dei repellēdo, ut
iā dictū est, indignos uitæ æternæ, semetipsos iudicauerūt, ita etiā felicitate p̄sentis uitæ in-
digni iudicati sunt, ut caderēt in ore gladij, & amisso loco, ducerētur in oēs gētes captiui. E-
go aut̄ in uoce laudis immolabo tibi, quæcūq̄ uoui reddā pro salute mea dño. Illi aut̄ mise-
ricordiā suā derelinquūt, sed propter eos misericordiæ laus & gloria minor nō erit. Nā ego
in uoce laudis immolabo tibi, linguas alias pro linguis eorū acquirā, ut cantēt tibi, sicut alibi
scriptū est: Propterea cōfitebor tibi in populis, & psalmū dicā tibi in gētibus. Quæcūq̄ uo-
ui reddā pro salute mea dño, id est, ita gentes notitia tui nominis instrua, ita tuæ dilectionis
igne accendā, ut uota multo plura q̄ unq̄ Iudæi uouerūt, pro salute sua uoueant & reddant
Hæc ita dicit ut obediēs, quippe ut Ap̄lus ait, didicit ex hīs q̄ passus est, obedientiā. Siquidē
passionibus & ipsa morte eruditus est ad impassibilitatē, qui eatenus passibilis pro carnis af-
fectu, flicerat sup̄ gentē suā, sicq̄ immutatus est cūctis affectibus eiusmodi depositis, ut pa-
ratā uoluntatē haberet, relinquere illis domū suā desertā, & cōuerti ad gentes. Eius taliter
eruditi uox illa p̄ psalmistā deprompta est: Paratū cor meū deus, paratū cor meū, cantabo
& psallā in gloria mea. Nā qd̄ protinus sequitur: Exurge gloria mea, exurge psalteriū & ci-
thara, uox est patris siue diuinitatis, carnē de sepulchro suscitans. Vnde & in hoc propheta
in typū eius cōtinuo subiunctū est: Et dixit dñs pisci, & euomuit Ionā in aridā. Dixit enim
dñs terræ et morti, et hūc dñm nostrū Iesum Christum qui erat mortuus, reddidit ad uitam
solutis inferni doloribus, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab illo.

¶ Finis libri primi in Ionam prophetam.

RVPERTI ABBATIS
TVITIENSIS IN IONAM PROPHE TAM,
COMMENTARIORVM LIBER SECVNDVS.

I Am in typū domini nostri Iesu Christi, qui (ut supra memorauimus) secun-
dum Apostolum didicit ex his quæ passus est obedientiam, Ionas quoq̄ do-
ctus erat per tribulationis magnitudinem obediendum esse imperio cœlesti,
& ad hoc promptam gerebat uoluntatem, uoto astrictus in uentre ceti, sicut
& ipse indicat, dicendo: Quæcūq̄ uoui, reddam pro salute mea domino.
Hoc uotum prospiciens dixerat dominus pisci, et euomuit Ionam in aridam. His enarratis
X 3 sequitur

Ro. 9.

Psal. 76

Heb. 5.

Psal. 107.

Act. 2.

CAP. III. sequitur scriptura & dicit: Et factum est verbum domini ad Jonam secundo dicitur: Surge & vade in Ninivē civitatem magnam, & predica in ea predicatione, quam ego loquar ad te. Magna instātia clemens deus Ninivitarum querebat pœnitentiam

Questio. quam utiq; sciebat, tanquā deus omnia sciens, audita prædicatione nō defuturam. Sed dicit aliquis: Quare dominus, non solum Ninivitarū, sed omniū gentium deus, magis de Ninivitis, quā de cæteris gentibus curavit. Poterat em̄ fieri, ut aliæ quoq; gentes converterentur ad pœnitentiam, si prædicatores misisset illis deus, sicut per semetipsum testatur ipse dei filius. Væ tibi, inquit, Corozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiā egissent. Item quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in Capharnaum, permansissent forsitan usq; in hanc diem. Quare ergo Tyro & Sydoni. Sodomis quoq; prædicatores, aut prophetam nullum misit, sicut hunc Jonam tantopere ad Ninivitas ire cogit, cum & illas gentes sicut & Ninivitas ad pœnitentiam converti posse præserit? Nunquid illis vobis fieri noluit, & idcirco nullū ad eos misit? Videtur nanq; hoc consequi, quod eos saluos esse noluerit, quoniam testimonium perhibet illis, quod pœnitentiam fuissent a se utiq; prædicatores misisset eis, quod non fecit. Sed contra dicit Apostolus, quia vult omnes homines saluos fieri. Formosa quæstio, quæ & nostris maxime tēporibus sollicitavit quā plurimos. Proinde præsentī loco paulisper immorandum est. Primo dicendum, quia cū dicit dominus de illis, quia si factæ fuissent virtutes in eis, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent, quibus utiq; non procuravit, ut fierent virtutes eiusmodi, non est cōsequens dicitur cas, quia noluit illos saluos fieri, sed hoc tantum, quia de pœnitentia illorum non curavit. Esset quidem consequens, si omnis pœnitentia ad salutem sufficiens esset, nunc aut non ita est, ille nāq; solūmodo pœnitentiæ tenor ad salutē perducit, cū iccirco quis pœnitentiam agit, quia iudiciū uniuersale & cœlorū regnum futurum esse credit, à quo excludendū sunt & in gehennā mittēdi peccatores. Cū ergo quis idcirco pœnitentiā agit, ut mala æterna evadat, & bona consequatur sempiterna, fidelis iudicatur, & per fidem agendo pœnitentiā, saluatur. Nulli ex omnibus, quos ad talem pœnitentiā cōverti posse præsciuit, deus unquam prædicatores mittere seu noticiā veritatis ostendere neglexit. Est alia pœnitentia siue pœnitendi intentio, cum quis iccirco pœnitentiam agit, ut præsentia tantū siue præsentis seculi mala effugiat, bona retineat, fidem aut curam nō habens futurorū atq; æternorū bonorū siue malorū. Si exempla requiras, talis pœnitentia fuit Achab, qui solūmodo de sanguine Naboth, quem interfecerat ipse, & Iezabel uxor sua pœnitentiā egit, quia pro illo cōminatus fuerat illi dominus per Heliam dicens: Ecce ego inducam super te malum, & de metā postiora tua, & dabo domum tuam, sicut domum Hieroboam filij Nabath filij Achia. Propter hoc scidit uestem suā, & operuit cilicio carnē suam ieiunavitq; & dormiuit in sacco, & ambulavit demisso capite. Iccirco sic egit, ne regno priuaretur temporalī. Huius intentionis pœnitentia si multū studiosa sit, adipisci meretur quod intendit, sicut prædictus Achab, de quo tunc dominus ad Heliam dixit: Nōne uidisti Achab humiliatū coram me? Quia ergo humiliatus est mei causa, nō inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malū domui eius. Quod si segnior sit, & à summis, ut ita dixerim la-

1. Reg. 17. hijs proferat, peccavi, nil proficit, quæadmodum Saul dixit qdem ad Samuelem, peccavi, quia præuaricatus sum sermonē domini, sed nūc porta queso peccatum meū, & reuertere mecum ut adorem dominū, sed nō obtinuit. Ait em̄ Samuel: Non reuertar tecū, quia proficisci sermonē dñi, & proiecit te dñs ne sis rex sup Israel. Porro prior ille & melior pœnitentiæ modus, q̄ nō propter tēporalia bona, sed propter ipm̄ deū, & futuri seculi fidē de peccato q̄s cōpūgitur, interdū absq; magno ope siue labore, in prima cōfessione suscipitur, ut exempli grā, ut Dauid, q̄ cū dixisset ad Nathan, peccavi dño, statim audiuit. Dñs q̄q; trahit peccatū tuum, nō morieris. Igitur cum de Tyro & Sidone, Sodomis q̄q; dicit dñs, quia si factæ fuissent virtutes in illis, olim pœnitentiā egissent in cilicio & cinere, siue permansissent forsitan usq; hodie, ne aliquē suspitio perturbet, quod eos saluari noluerit, & iccirco uirtutes in illis non fecerit, sciendum est duplicē esse modum, siue intentionem pœnitentiæ, quæ est, aliud esse cum pro metu mali temporalis siue præsentis: aliud cū pro fide regni dñi pœnitentiā

Responsio. 1. Tim. 2.

Quæ pœnitentiā ad salutē sufficit.

3. Reg. 21.

1. Reg. 17.

2. Reg. 12. Resolutio huius q̄stionis.

nitentiam quis agat. Et iniusti quidem sunt uel fuerunt, qui pœnitentiam egissent non nisi pro emolumento temporalis, sicut egissent (ut ait dominus) Tyrii uel Sidonii. Iniustissimi autē qui neq; propter temporalia, neq; propter æterna mala euitanda pœnitentiam egerunt: quales erant Iudæi, quibus & gehennā ignis æterni & excidiū quod faciuri erant Romani cōminabatur dominus, & pro neutro ad pœnitentiam cōuertebantur. Iccirco Tyrii atque Sydonii, Sodomitæ quoq; ueraciter quidē iniusti, sed cōparatione illorū iustificatur: ita dicitur, ut nō saluentur, sed ut sit eis remissus. Quid tandē de istis, id est, de Niniuitis dicemus quibus hunc prophetā dñs ad prædicandū tantopere mittere curauit? Nunquid pro fide regni dei pœnitentiā erant acturi? Non utiq;, sed pro metu temporalis excidij. Vnde & in primo tempore ad hanc prædicationē pœnitentiā egerunt, & ueniā cōsecuti sunt. Postea uero mala securitate recepta, in pristinis uitijis perseverantes dei in se prouocauerūt sententiā, & Astiata rege Mædoꝝ regnate, apud Iudæos losia subuersi sunt: Quod sciēs Tobias ait ad filiū suū: Prope erit interitus Niniuæ, nō em̄ excidet uerbū dñi, qđ locutus est Ionas propheta. Et subinde: Video em̄ quia iniquitas eius finē dabit ei. Proinde excepto mysterio, qđ in pœnitentia Niniuitæ recte plurimū delectamur: Signū quippe fuit pœnitentiæ gētium secūdu deū, ualentis ad cōsequendū regnū celoꝝ: Excepto (inquā) hoc mysterio, nihil est in quo cæteris gentibus Niniuitas pœnitentes pferamus, aut pferre debeamus: Nā cæterę quoq; gentes similiter, id est, pro temporalū rerū intentione, pœnitentiā agere potuissent, te stante dño, qui de Tyro & Sydone p̄dictā sententiā locutus est. ¶ Q; si queritur adhuc cur eiusmodi experimētū cōtra impœnitētē Iſrahel, de Niniuitis potius qđ de cæteris gentibus dare cōplacitū est deo, & ostēdere, qđ in cōparatione Iſrahelis iustificati essent, quippe qui neq; pro temporalū, neq; pro æternorū metu malorū pœnitentiā ageret, uitulosq; aureos deſereret, breuiter dicēdū est. Niniue ciuitas magna metropolis Assyriorū erat. Intēdebat autē dei iustitia tradere Iſrahelē in manus Assyriorū, qđ & factū est anno nono Ozeæ. Cœpit em̄ Salmanasar rex Assyriorū Samariā, & trāstulit Iſrahel in Assyrios. Trāslatusq; est Iſrahel (ait scriptura) de terra sua in Assyrios, usq; in diē hāc. Præmōstratū ergo erat cōparatiōne Iſrahelis iustificatos esse Assyrios, ne uideret deus supplātare iudiciū, tradēdo in manū illorū Iſrahelē, qđ se profitebat peculiare esse dei populū. Iniustū nāq; calūniatoribus uidetur, ut Assyrii in terra sua potēter cōsistētibus, Iſrahel dei populus de terra sua trāſſerretur, & in ciuitatibus Assyriorū perpetua captiuitate detineretur. Causa igitur rationalis data est, qđ scilicet Assyrii, saltē pro amore terræ ad pœnitentiā cōuerti possent, quod de Iſrahelē diu frustra tentatū fuerat: & huius causæ experimētū, p ministeriū Ionæ quæsitū, & inuentū est. Porro ad fidē futuri regni dei suscipiendā, tā isti qđ illi nimis erāt imparati, & iccirco neq; manifeste Iſraheli siue Iudæis, neq; ullo modo Assyrii cæteris uel gētibus tunc illud oportebat prædicari. ¶ Nunc ad ordinē prophetiæ reuertamur, sacramētū dominicæ resurrectionis in sequētibus præ oculis habētes, cuius in antecedētibus passionis mysteriū spectabamus. Et factū est uerbū domini ad Ionā secundo dicens: Surge & uade in Niniuen ciuitatē magnā, & prædica in ea prædicationē, quā ego loquar ad te. Non dicitur prophetæ, quare non fecisti quod tibi fuerat imperatū, sed sufficit ei naufragij & deuotionis sola correptio, ut qui imperantē non senserat deū, intelligeret liberantē. De domino nostro hominē Iesu Christo, in quo cū sit deus, humanitas laborauit, illud notū esse debet, quia cū post mortis laborē in sepulchro quiesceret, secūdo, uerbū dñi ad eū factū est, ut ad prædicandū surgeret. Primo namq; (ut superius tractauimus) uerbū domini ad eū factū fuerat, dū baptizaretur à Iohāne, quādo uisus est super eū spūs sanctus in specie columbæ, & impletū est illud Esaiæ: Spiritus dñi super me, eo qđ unxerit me dominus, ad euangelizandum pauperibus misit me, &c. Et illud quidē ipse de semetipso testatus est dicendo, quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus uestris. Illud autē, quod ad eū in sepulchro quiescentē, factū uel dictū est uerbū, nō ipse eodē modo recitauit, sed nihilominus notum est ex psalmo iā supra memorato, ubi uox patris taliter dicit. Exurge glia mea, exurge psalteriū & cithara, subauditur ad cōfiteūdū mihi in populis, ad psallendū mihi in nationibus. Nā protinus psona filij secundū corpus in sepulchro iacentis respondēs, exurgā (inquit) diluculo, subiungitq;, cōfitebor tibi in populis, & psallā tibi in nationibus, quod nimirum est p̄dicare in Niniue ciuitate

Iudæi omnīū iniustissimi.

Niniuitæ.

Tobiæ. j. 4.

Niniuitæ iustiores qđ Iſrahel carnalis.

4. Reg. j. 7.

Mysteriū resurrectionis Christi.

Verbum dñi ad Christum

Matt. 3.

Esa. 67.

Luc. 4.

Psal. jo 7.

magna. Prædicatione quã loquitur diuinitas, antiquũ habes cõsilium de saluãdis populis sue rationibus sanctæ scripturæ testatur. **L. Et surrexit Jonas, et abiit ad Ninium.** Cuius ciuitate magnã, iuxta verbũ dñi. **Et Ninie erat ciuitas magna, itinere trium dierũ.** **Et cepit Jonas intrare in ciuitatẽ itinere diei unius, et clamauit et dixit: Adhuc quatuordecim dies, et Ninie subuertetur.** Iuxta literã, Ninie ciuitas magna erat, & tanti ambitus, ut uix triũ dierũ posset itinere circumiri. At ille præcepti & superioris naufragij memor, uiam triũ dierũ unius diei festinatione compleuit, quanquã & ita posset intelligi, quod in tertia tantũ parte urbis prædicauerit, & ad reliquos confestim prædicationis sermo perueniret. Quod ex eo maxime perpẽdi potest, quod protinus subiungitur. **L. Et crediderunt uiri Ninie in dño, et prædicauerunt ieiunium, et uesti sunt saccis, a maiore usque ad minus.** **Et peruenit uerbum ad regem Ninie.** **Et dixit, et puenit Ionas, sed puenit uerbum ad regem Ninie.** Et quis super hoc dubitet quod fama tantæ rei pedibus prophætæ uelocior fuerit, præsertim cum ille toto die ingrediens clamaret, & clamando utique paucis in ipso primo introitu innotesceret? Videtur ergo facilitas Ninuitarũ ad pœnitentiam in eo commendari, quod antequã Ionas perueniret ad regem Ninie, præueniente fama uerbi dei ille crediderit. In mysterio quoque amplius sensus iste placebit. ¶ Ninie quoque ciuitas magna itinere trium dierũ, mundus iste est, siue orbis notissimæ trium partium, scilicet, Asiæ, Europæ, & Africæ. Hunc orbem terrarũ trifidũ Christus Iesus post passionẽ & resurrectionẽ suã, introiit itinere diei unius, id est, illustrauit illustratione dei unius, ut gentes quatuordecim portenta deo se festabantur, unũ deũ cognoscentes, ab errore suo liberarentur. Non quidẽ in persona sua ad gentes profectus est, sed in apostolis suis, in quibus ipse utique loquitur, quos cum mitteret, dicens: **Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: hoc quoque dixit: Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationẽ seculi.** Igitur ipse ad Ninie, id est, ad gentes uenit, quia ueraciter cum illis quoque ad consummationẽ seculi. ¶ Adhuc (inquit) quadraginta dies, & Ninie subuertetur. Et est sensus: Adhuc tẽpus pœnitentię uobis gentibus datũ est, & hoc tẽpus in sua potestate posuit deus, quod impletũ fuerit, consummabitur mũdus, & per ignẽ iudicabitur. Non merus quippe quadragenarius pœnitentiã est, Nã & Mosẽ quadraginta diebus in monte Syna, & Helias fugiens Iezabel, quadraginta diebus ieiunans, hæreditatẽ nobis ieiunij quam missus ad prædicationẽ mundi quadraginta diebus ieiunans, hæreditatẽ nobis ieiunij quam dragenarij dereliquit, ut per singulos annos sacramentũ eius paschale celebratur, ad eum corporis & potũ sanguinis eius per tot dies præparemur. Itaque adhuc quadraginta dies & Ninie subuertetur, id est, adhuc tẽpus pœnitentiã breue datũ est gentibus, post quod nã non erit tẽpus, sicut in Apocalypsi sua Iohãnes angelũ fortẽ de cœlo descendentẽ, qui est Christus, ipse dei filius, cum iuramento firmasse testatur, & angelus (inquit) quẽ uidi stantẽ super mare & super terrã, leuauit manũ suã ad cœlũ, & iurauit per uiuentem in secula seculorum, quia tẽpus amplius nõ erit, sed in diebus uocis septimi angeli cum cœperit tuba canere, consummabitur mysteriũ dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas. Mysteriũ dei consummabitur, Ninie subuertetur, mundus per ignem iudicabitur, homines impij cum diabolo & angelis eius in ignẽ æternũ mittentur, tẽpus pœnitentiã nõ erit amplius. Talis uel tantæ rei prædicatio clamor utique est, & fragor omni aures habenti terribilis, ita ut nihil sit terribilius hoc auditu, quẽ admodũ & ille senserat, quã ita loquitur. **Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnẽ impietatẽ, & iniustitiã hominũ, eorũ qui ueritatẽ dei in iniustitia detinent.** Bene ergo & hoc ad mysteriũ pertinet, quod Ionas introiens ciuitatem clamasse dicitur, quia Ninie subuertetur. Et crediderunt uiri Ninie in dominũ, & prædicauerunt ieiunium, & uesti sunt saccis a maiore usque ad minus. Et peruenit uerbum usque ad regẽ Ninie. **L. Et surrexit rex Ninie, et abiiecit uerbum a se, et induit saccum, et ait: Non habet anima, et boues, et pecora non gustent quicquam, nec pascantur, & aquam non bibent, & operiantur saccis homines, & clament ad dominum in fortitudine, & comertentur uiri a sua uia mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum: Quis scit si comertentur uiri a sua uia mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum, & non pereamus?** **L. Et**

Ninie ty
pus mundi.

Mat. vi.

Dies. 40. dies
pœnitentiã.

Exod. 24. 34
4. Reg. 19.
Mat. 4.

Apoca. 10.

Terror extre
mi iudicii.

Ro. 1.

Res gesta ualde memorabilis expositione nō indiget, sed hoc semp memoriter tenendū est quia in cōdemnationē Iſrahelis hoc prouenit, q̄ Niniuitæ p̄nitentiā tā cito tāq̄ studioſe egerūt pro metu malorū tēporaliū, Iſrahel aut̄ toties cōreptus p̄ prophetas cōmonitus, ne q̄ pro tēporaliū, neq̄ pro æternorū timore malorū p̄nitentiā egit, ut recederet à peccatis Hieroboā & aureorū cultū deſereret utulorū. ¶ Porò in myſterio multo deſtabilius eſt quod crediderūt uiri Niniuitæ in dominū, id eſt, qđ Iudæis cōtradicientibus & blaſphemātibus, gentes Chriſti receperūt euangeliū, & gauifæ ſunt & gloriſificauerūt deū. Nam prædicauerūt quidē ieiuniū, & ſaccis ueſtiti ſunt, id eſt, omnimoda humilitatis compoſitione ad tantam gratiā ſeſe cōparauerunt, ſed hoc cū gaudio fecerūt, præ oculis habentes iucundum præſentis triſtitiæ fructū, ſcilicet remiſſionē, & apertū ſibi regnū cœlorū. Et peruenit (inquit) uerbū ad regē Niniue. Si totus mūdus Niniue, quid niſi Romanū imperiū intelligim⁹ p̄ regē Niniue? Deniq̄ Romanū imperiū ſic terrore & potētia cūctis regnis præeminebat, quō ducibus ſue ſatrapis in quolibet regno p̄eminet regia poteſtas. Ad hmōi regē Niniue uerbū priuſq̄ ipſe Ionas peruenit, quia uidelicet Roma caput mūdi, priuſq̄ uideret Apoſtoloſ Chriſti, euangeliū eius audiuit, & ſapienter appendens, fidelē & acceptione dignū ſermonē iudicauit, magnūq̄ cæteris gentibus fuit exemplū credēdi. Neq̄ em̄ cōtemnendū putarēt, qđ ſapientia Romana rationabile eſſe ſua credulitate cōprobaſſet. Vnde gratulans Ap̄luſ, primū quidē ait: Grās ago deo meo ſemp p̄ Ieſum Chriſtū pro oib⁹ uobis: q̄a ſi des ueſtra annūciat in uniuerso mūdo, obſecrās, ū quō tandē aliquādo proſperū iter habeā in uolūtate dei, ueniēdi ad uos. Nōdū ergo ad eos uenerat, ſicut adhuc amplius ſubiūgēdo manifeſtat. Nolo em̄ uos ignorare fr̄es, q̄a ſæpe propoſui uenire ad uos, & prohibitus ſum uſq̄ adhuc, &c. Præueniēte igitur uerbo ad ei⁹ modi regē Niniue, ille ſurrexit de folio ſuo &c. ut ſupra. Vſq̄ adeo profecit auditus uerbi, & paulatim inualuit, ut de altitudine gloriæ ſecularis demitteret, & ſubtus ſe curuaret genu, uerticēq̄ inclinaret tantū imperij, baptizato impatore Cōſtātino p̄ beatū Silueſtrū pōtifice ap̄licę ſedis. Nā in illo, quātū euāgelio Chriſti terrena poteſtas aſſurrexit, licet ſatis notū ſit, pauliſper tñ cōmemorādū eſt ex priuilegio ſanctæ Romanæ eccl̄iæ, qđ idē Cōſtātinus impator cōſtituit: In q̄ inter cetera ſic dicit: De creuimus qđ & hoc, ut idē uenerabilis p̄ noſter Silueſter ſummus pōtiffex, uel eius ſucceſſores oēs pōtiffices diademate, uidelicet coronā quā ex capite n̄ſo illi cōceſſim⁹ ex auro puriſſimo, & gēmis p̄cioſis uti debeāt, et eorū caput ad laudē dei & dñi n̄ſi pro honore beati Petri apoſtoli geſtare. Ipſe uero beatiffimus papa ſup coronā clericatus, quā gerit ad gloriā beati Petri apoſtoli, oino ipſa ex auro nō eſt paſſus uti coronā, Frigiū uero candidi nitoris, ſplēdidā reſurrectionē dñicā deſignās, eius ſacratiffimo uertici manib⁹ n̄ſis impoſuimus, & tenētes frenū equū ipſius pro reuerētia beati Petri ap̄li, ſtratoris officiū illi exhibuimus, ſtatuetes eodē Frigio oēs ſucceſſores eius ſingulariter uti in proceſſionib⁹ ad imitationē iperij n̄ſi. Vnde ut nō pōtifficalis apex uileſcat, ſed magis ap̄liuſ q̄ terreni iperij dignitas & gloria potētiæ decoret. Ecce tā palatiū noſtrū, ut plātū eſt, quāq̄ Romanæ urbis, & oēs Italię ſeu occidētaliū regionū prouincias, loca & ciuitates, p̄fato beatiffimo pōtiffici p̄ſi n̄ſo Silueſtro uniuerſali papæ tradētes atq̄ relinquētes ei, & ſucceſſorib⁹ ipſius pōtifficatus, à q̄b⁹ poteſtate & ditiōe p̄ hāc noſtrā diualē et ſacrā pragmaticā cōſtitutionē decernim⁹ uſq̄ diſponēda, atq̄ iuri ſanctæ Romanæ eccl̄iæ cōcedim⁹ p̄manēda. Vnde cōgruū proſpeximus noſtrū imperiū et regni poteſtatē oriētalibus tranſſerri ac tranſmutari regionibus, et in Byzanti prouincia, in optimo loco, nomini n̄ſo ciuitatē ædificari, et noſtrū illic cōſtitui imperiū, quū ubi principatus ſacerdotū et Chriſtianæ religionis caput, ab imperatori cœleſtiū cōſtitutū eſt, luſtū nō eſt, ut illic imperator terrenus habeat poteſtatē. ¶ Nimirū cū hęc iā dictus Conſtāntinus dixit et fecit, tūc rex Niniue de folio ſuo ſurrexit, tūc Romanū imperiū uerbo dñi aſſurrexit et abiicit ueſtimentū ſuū a ſe, i. illas q̄bus inuolutus fuerat, religiones phanaticas reliquit, ſuſcepta Chriſtiana religione, et induit ſaccū, et ſedit in cinere, ut uidelicet ordinate poſt aſperitatē p̄nitentiæ circūdaretur delectamēto iuſtitie, dicēs cū Pſalmiſta. Cōcidi ſi ſaccū meū, et circūdeſtiſti me lætitia. Religioſus nanq̄ mos et ordinata eſt traditio profefſionis euāgelicæ, ut prius de priſtinis erroribus p̄nitentiā ſuſcepta cathecizet quiſq̄ ſacramento paſſionis dñicæ, et deinde Chriſto cōſurgat in ſacro baptiſmate, gaudens de prima reſurre

Myſterium rei geſtæ.

Rom. j.

Conſtātinus magnus.

Decretū doſ nationis eius

Pſal. 29

Ro. ecclesia car
put oim eccle
suarum Chri.

resurrectione, id est, peccatorum remissione. ¶ Huius sacramenti, & omnis ecclesie religio
lex & ordo, multimodis iam antedicta Romae munitur ac roboratur decretis, eo quod beati primum
cipis Ap[osto]li Petri sedes facta sit, eiusdem & consortis eius Pauli, sicut per dicatione illustrata, in
& martyrio coronata, cum sit ecclesie caput altius extulerit, latiusque dominetur per omnes
gentes sacra pontificis eius lingua, quae dominata fuerit Caesarum siue Augustorum purpura. Be
ne ergo & hoc mysterio congruit quod rex Ninivae clamavit & dixit, in Ninivae ex ore
gis & principum eius dicens: Homines & iumenta & boues & pecora non gustent quicquam
Sicut enim tunc secundum edictum regis Ninivae fieri oportuit, ita secundum fidem & traditionem
beatorum Petri & Pauli, qui sunt vel esse debent os & lingua Romanae sedis, ordinem eccle
siasticum oportet observari. ¶ Sane homines & iumenta facis operata, & clamantia ad de
um, rationabiles & irrationabiles, siue prudentes ac simplices intelligere debemus ad praedi
cationem evangelii, poenitentiam agentes, iuxta quod alibi dicitur, homines & iumenta salu
facies domine. Dicendo autem, quis scit si conuertatur & ignoscat deus, ambiguum ponitur
incertum, ut dum homines dubii sunt de salute, non tamen desperent, imo fortius agant poeni
tiam, & magis deum prouocent ad misericordiam. **¶ Et vidit deus opera eorum, quia con**
uersi sunt de via sua mala, & misertus est deus super malitiam quam locutus fuerat
ut faceret eis, & non fecit. ¶ Non tunc primum vidit, quando sic operati sunt, non inquam
tunc primum vidit facos eorum, quando se illis uestierunt, sed iamdudum uiderat, priusquam mitteret
illuc prophetam, quando prophetas occidebat. Israel praedicantes instantem sibi captiuitatem, &
non incertus praescribat, quod si longe ad gentes mitteret prophetas, tale quid nunciando, illi audire
rent & poenitentiam agerent. Vidit ergo, id est, uidere fecit per hoc experientum, quod damnablem
esset Israel, in comparatione gentium, ut non solum prophetarum, sed & totus orbis terrarum uiderent,
iustum comprobaret esse iudicium in eo, quod gentibus deus misereretur, Israeli non misereretur,
eo quod conuerterentur de uia sua mala, Israel autem perseveraret absque poenitentia. Malicia hic
pro afflictione accipimus, id est, pro subuersione Ninivae, quam fuerat locutus, quam per pro
phetam fuerat comminatus. Nec uero mutabilitatis est, quod quasi poenitens deus saepe dimittit
quod fuerat comminatus, imo maxime stabilitatis, & animi est incommutabilis, quia uidelicet illa in
tentione, ut poenitentiam agant, solet comminari peccatoribus. Proinde & hic cum dicit, ad
quadraginta dies & Ninivae subuertet, Et in lege dicit, quae fecerit, hoc uel hoc morte morietur,
Sed & in euangelio cum loquitur, omnes ei qui acceperint gladium, gladio peribunt, prudens lecto
subaudiri debet, nisi conuersus fuerit, nisi poenitentiam egerit, iuxta illud: Nisi conuersi fueritis,
gladium suum uibrabit, id est, qualis poena uel sententia peccatum consequatur, iam praescripta, quam profecto tunc
adimplebit, nisi conuersi fueritis. **¶ Et afflictus est Ionas afflictione magna & iratus est,**
& orauit ad dominum, & dixit: Obsecro domine, nunc quid non hoc est uerbum, cum adhuc essem
in terra mea: Propter hoc preoccupaui ut fugerem in Tharsis. Scio enim quod tu de
us meus clemens & misericors, patiens & multae miserationis, ignoscens super malitiam.
¶ Et nunc domine quesito, tolle animam meam, quia melior est mihi mors quam uita. ¶ Afflictione &
ira prophetae, sed & uerba eius dicentis, & nunc domine tolle quaeso animam meam, &c. uer
rite ppendamus, afflictione quaeque Moysi & ira eius, & uerba eius praeculis habere debemus,
quia uidelicet & ille afflictione magna afflictus est, & iratus fuit, & doleret locutus est, quoniam
do peccauit populus. Nam afflictione sua ipse denaras. Cumque uidisset (ait) uos peccasse domino
deo nostro, & fecisse uobis uitulum constabile, proci di ante dominum sicut prius, quadraginta diebus
noctibus panem non comedes, & aquam non bibes &c. Ira sua in eadem causa foris patefecit, dum
stans in porta castrorum ait: Si quis est domini, iungatur mihi, congregatisque ad eum oibus filiis Ieru
ponat (inquit) uir gladium super femur suum. Ite, & redite de porta usque ad portam per medium castrorum,
& occidat unusquisque fratrem & amicum & proximum suum. Feceruntque ita, cecideruntque in illa
die quasi uiginti tria milia hominum. Porro uerba eius nimium dolentis & afflicti ista sunt. Chet
cro autem dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Itaque & huius
afflictione et ira et uerba dicentis: Tolle quaeso animam meam, eodem sensu ponderemus, quia uide
afflictus est afflictione magna, quod Israel iudicio diuino cadebat, et in comparatione eius iudicabatur
habere Ninivae Assyriorum ciuitas, credendo et poenitentiam agendo, nec refragari poterat, quia iudicabatur
esset sententia, et iusta incuberet suae genti captiuitas. Afflixit se Moyses pro populo ut exiret
diceret.

Psal. 37.

Malicia p sub
uersione

Regula notae
tu digna.

Math. 26.
Psal. 7

CAP. III.

Afflictio &
ira Moysi.

Deut. 9

Exo. 32.

Afflictio &
ira Iona.

dirigitur, afflicus est iste afflictione magna, eo quod non exaudiret. Iratus est Moyses ira iusta, & zelo bono, dicendo: Ponat uir gladium super femur suum, cecideruntque uiginti tria milia, iste autem iratus quidem est, sed non potuit iram suam actu adimplere, ut auerteret iram domini a populo puniendo, id est, authores siue sacerdotes uitulorum, sicut Helias quoque occiderat sacerdotes Baal, quod dicitur gentes quinquaginta uiros. Tædio ergo habes uitam suam, non dixit cum conditione ut Moyses, aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti, sed absolute: Tolle (inquit) quæso animam meam, quia melior est mihi mors quam uita, subauditur, quia timor, quem timebam, euenit mihi, & quod uerebar accidit, hoc timebam & hoc uerebar, quia tu deus clemens & misericors, patiens & multæ miserationis, parares ignoscere, & ueniam dare peccantibus Niniuitis, & in illorum poenitentia demonstrare quod damnabilis esset impoenitens Israhel, & quod damnatione eius non tua inclementia, sed ipsius faceret impoenitentia. Propter hoc preoccupaui ut fugerem in Tharsis, uidelicet non quod ueniam Niniuitis, uel poenitentiam inuideam, sed quod gentem meam quondam præ cæteris gentibus electam, nunc cæteris peiorem, & plus duræ ceruicis inueniri timerem. Porro cum Ionas typus Christi sit, quomodo Christo conuenit affligi & irasci, postquam resurrexit a mortuis, sicut Ionas cum sic affligeretur, & sic irasceret, exierat de uentre ceti? Nam ante resurrectionem suam, afflicus quidem fuisse, & iratus de suæ gentis perditione legitur, quando uidens ciuitatem, fleuit super illam, & ingressus templum, uidentes & euentes in illo terribiliter eiecit: Sed postquam resurrexit a mortuis, sicut iam non moritur, ita etiam non affligitur. Ergo sicut non per suam personam ad gentes uenit, & tamen recte uenisse dicitur, uidelicet per Apostolos suos, in quibus ipse loquitur, sic nihilominus in eisdem affligi recte dicitur, qui afflicti & contristati sunt, licet in sua persona iam non affligatur. Afflictorum unus, in quo sine dubio Christus loquitur, ita dicit Paulus Apostolus. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia mihi est magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam etiam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis &c. **¶** Et dixit dominus ad Ionam. Putasne bene irasceris tui? Quod ad unum Ionam dicit dominus hoc ad omnes dicit, qui pro officio suo de hominibus curantes irascuntur. In ipsa namque ira sua reuocandi sunt intus, ut causam siue intentionem suam respiciant, et attempta discretionem perpendant, utrum bene irascantur an non. Nam si non hominibus, sed hominum peccatis irascuntur: si non homines, sed hominum uitia oderunt et persequuntur, bene irascuntur et bonus est in eis zelus. Si autem non peccatis, sed hominibus irascuntur, si non uitia, sed homines oderunt, et persequuntur, male irascuntur, et malus est in eis zelus. Hoc igitur uigilanter attendendum et discernendum est omnibus, dum uni dicitur: Putasne bene irasceris tui? **¶** Et egressus est Ionas de ciuitate, et sedit contra orientem ciuitatis, et fecit sibi met ibi umbraculum, et sedebat subter illud in umbra, donec uideret quid accideret ciuitati. **¶** Et preparauit dominus deus hederam, et ascendit super caput Ionæ, ut esset umbra super caput eius, et protegeret eum, laborauerat enim. **¶** Et iratus est Ionas super hederam letitia magna. **¶** Et preparauit deus vermem ascensione diluculi in crastinum, et percussit hederam, et exaruit. **¶** Et cum ortus fuisset sol, præcepit dominus vento calido et uenti, et percussit sol super caput Ionæ, et estuabat, et periiuit animæ suæ ut moreretur, et dixit: Melius est mihi mori quam uiuere. **¶** Afflicto & irato propheta amplius impenditur, unde magis ac magis affligatur & irascatur: quia uidelicet per hanc similitudinem hederæ tam cito exortæ, & tam cito arefactæ propheticum spiritu intelligere poterat antequam fieret, id quod intelligimus nos, quia factum est uidelicet, quod non solum tunc instanti tempore decem tribus, Assyrijs tanquam iustioribus utpote impoenitentes ad poenitentiam promissis. Verum & ipsa Hierusalem, et tota gente relicta, quandoque ad gentes transitura foret salua. Et secundum historiam quidem hæc quæ nunc dicuntur. Et egressus est Ionas de ciuitate, & cætera posteriora sunt præcedentibus, secundum mysterium autem anteriora siue priora sunt. Nam quod egressus est Ionas de ciuitate, et sedit contra orientem ciuitatis, illud mystice nobis insinuat, quod dominus, siue uerbum domini, totius mundi gentes in initio reliquit, ut Apollonius ait, uias suas ingredi permitit. Fecitque sibi met umbraculum, scilicet patres Abraham, Isaac, et Iacob assumendo, et genus illorum eligendo, quia requiem sibi met inuenit in fide illorum. Hoc est namque quod ait: Et sedebat subter illud in umbra, donec uideret quid accideret ciuitati. Sic etiam

3. Reg. 18

Afflicto & ira Christi

Lucæ 19

Ro. 9

Quæ est ira bona.

Mysterium huius facti long

Hedera, legis
licera.

2. Reg. 6.

Vermis, Ro.
imperium

Act. 6.

Sic em̄ intra generationē illorū sese cōtinuit, donec ueniret tēpus recōciliationis gentiū, ipse p̄scioit. Quod deinde subiungitur: & p̄parauit dñs deus hedera, & ascendit super caput lonæ, ut esset umbra super caput eius, & protegeret eum, laborauerat em̄ illud mysterium intelligimus, quod post suauē umbraculū fidei patrū, legē dedit, & religionē sacerdotū per Moſen instituit, ut sub illa cōtegeretur uerbū domini, siue spūs ueritatis, ad opertus figuris & uilitate literæ, quæ cōgrue significatur p̄ uiriditatē leuis hederæ, siue ut quidā uolunt cucurbitæ. Deniq; cucurbita & hedera huius naturæ sunt, ut p̄ terrā reptent, lata habent folia, in modū pampini, & absq; furcis uel adminiculis, qbus innitant altiora, nō apparent. Sic nimirū litera legis cunctarūq; cæremoniæ lata est, & umbra densissima, semetipsa obscurat: Et nisi spūalis intelligentiæ adminiculis subleuetur, neq; alta neq; preciosa est. Lætatus est (ait) Ionas sup hederā lætitia magna, q̄ uidelicet uerbū dñi, quod est Christus, in prophetis & sanctis hominibus habitās, priusq; incarnatū, sub illa interim seruabat, & honorabatur etiā ab ignorātib; qbus pro ratione tēporis celabat & celari oportebat, q̄ sub umbraculo literæ cōtineretur. Nec uero incōgrue lætitia magna in eiusmodi lætatis potest laborē fuisse dicitur, quia nimirū pro parte illorū, q̄ inter illas cæremonias cōplacuerūt laboratur, qui p̄ fidē suā illū lætificauerūt, imō & ipsius lætitia fuit lætitia ipsorū, q̄n̄ illi lætati sunt in ipso, ex epl̄i gratia, ut Dauid q̄n̄ reducēs arcā dñi ludebat corā dño in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & liris, & tympanis, & fistris, & cymbalis, & subsiltebat, atq; saltabat: & ludā (inquiens) & uilior siam plusq; factus sum, & ero humilis in oculis meis. In eodem modi noster Ionas. i. Chrūs, siue uerbū dñi, necdū incarnatū, reuera tūc lætitia magna lætabatur, & re quiescebat, laborauerūt em̄, uidelicet mores populi illius in deserto sustinendo nec lætari desit, donec inde carnē assumeret, & deus homo fieret. At uero ubi Christus passus est, & resurrexit, p̄dicari cepit Niniuitis, id est, cūctis gentibus p̄cānitētia & remissio omnium peccatorū in noīe eius. Tunc omne illud umbraculū legis & cæremoniæ dissipatum est, ita ut & ciuitas Hierusalē, & ipsum templū omnino destrueretur, sicut toto orbi nōtū est. Exaruit ergo hedera à uerme percussa in ascensu diluculi, id est, in reuelatione resurrexerunt nis dñi nostri, qui diluculo resurrexit. Vermis hic recte Romanū imperium intelligitur, sicut & in lohēl perucā, locustā, bruchū, atq; rubiginē, quatuor principalia regna intelliguntur, quorū ultimū Romanū fuit. Nā primū Babylonicū fuit, secūdū Persicū, tertium Macedonicū extitit, à qbus locus & gens illa diuersis tēporibus lacerata, tandē à Romano imperio irrecuperabilē ē destructa, qd̄ ad hoc ip̄m utiq; dñs p̄parauerat, iuxta qd̄ hic dicit, q̄ uenire parauit dñs. Itaq; sicut p̄ p̄cānitētiā Niniuitarū cōuerſio gētiū, sic p̄ ariditatē hederæ significata ē desertio Iudeorū. Qd̄ deinde sequit, Et cū ortus fuisset sol, p̄cepit dñs uēto calido & uentū, & percussit sol sup caput lonæ, & æstibat, illā significat tribulationē, quā i discipulis Iesus Christus protulit, ab ipsis Iudæis interim dū parabat uermis ad pcutiēdā hedera, i. dū differret Romanorū aduētus ab subuertēdā Iudæā, etiā priusq; ab hominibus subuerteret, i. corā deo subuertam, & ex quo Christi sanguinē fudit oīno arefactā. Inde fuit illa grandis afflictio & ira lonæ, de qua supra dictū est, q̄ afflictione magna afflictus & iratus est. Tūc nā magna magna fuit apostolis, cæterisq; discipulis ex ea gente, tā ex spū charitatis, q̄ ex affectu conſanguinitatis, ita ut illis tanq; fratribus afflictio corde cōdolerēt, & tanq; ore sæ uero increpārēt. Exempli gratia, ut protomartyr Stephanus, q̄ magna charitate cōpatiēs, clamauit dicens. Dñe ne statuas illis hoc peccatū: & magna sæ ueritate redarguēs. Dura (inquit) ceruicē, & incircūcisi cordibus, & auribus: uos semp̄ spūi sc̄iō restitistis sicut patres uestri, &c. Et dixit dominus ad Ionā: Putasne bene irasceris tu super hedera? Et dixit Ionā: Irascor ego usq; ad mortē. Et dixit dñs: Tu doles super hedera, in qua non laborasti, neq; fecisti ut cresceret, que sub vna nocte nata ē, & sub vna nocte perit. Et ego non parcā Ninive ciuitati magnæ, in qua sunt plus q̄ centū viginti milia hominū, qui nesciunt quid sit inter dextrā & sinistrā suā, & iumenta multa. Manifeste hic uisus argumentū à maiore factū est, ad cōstringendū prophetā ut cōsentiat, & cōsentientē dicitur censeat misericordiæ circa p̄cānitētiā Niniuitarū. Nā sine ulla cōtradictione maior est homo unus, imō & iumentū unū anima & sensu uigens, q̄ centū uiginti milia hederarū, hederarūq; q̄ & si aliqua qualicunq; uita uiuunt, nullius tñ habēt sensus officiū. At ille super

ariditate unius hederæ siue cucurbitæ magis irascebatur, quàm super euerfionem doleret, si euenisset secundum suam prophetiam centum viginti milia hominum multorumque iumentorum & qui irascebatur non seruari sibi hederam in qua ipse non laborauerat, æquanimiter tulisset, ut subuerteret deus tot homines, totque iumenta quæ creauerat. ¶ Sed obijci potest, quia tanquam propheta spiritu præfago præuidebat, quid illa præsignaret cucurbitæ ariditas Ninive seruata, scilicet quod sua gens Israelitica in cõparatione gentium, multo dãabilius esset iumento, & ob hoc irascebatur, & humano affectu propinquitati suæ cõdolebat. Ad hoc itaque sciẽter dicendum, quia tota illa propinquitas, omnis illa multitudo Israelitica, quæ uerbum dñi non recipiebat, imò prophetas uerbi dñi præcones occidebat, & ob hoc in captiuitatẽ ducenda erat, iuste coram oculis dñi reputabatur tanquam hederam siue cucurbitam. Nam in alio propheta uocẽ audiimus dicentis: Clama. Et illo dicente, quid clamabo? Omnis caro scenum & omnis glia eius, quasi flos sceni, & exiccatus est scenum & cecidit flos, uerbum autem dñi manet in æternum. Ergo & Israel quoniam non recipiebat uerbum domini manens in æternum, scenum erat, & iccirco congrua similitudine monstratum est Ionæ, quanti æstimari deberet illa carnalis propinquitas sua pro qua æmulabatur contra Ninuitas, tanquam si diceret illi dominus, Israel sic mihi est tanquam hederam siue scenum, quia non manet in eo uerbum domini. Ninuita autem qui audierunt & crediderunt hoies sunt, iumenta sunt, id est, tanto superant Israelẽ incredulũ, quanto hederam sensu carentẽ, superant iumenta, quæ uiuunt & sentiunt, siue hoies qui uiuunt, sentiunt atque discernunt. Adde & hoc quod tot homines uiuẽtes nesciunt quod sit inter dextram & sinistra suam, Israel autem habens legem & prophetas excusationẽ habere de ignorantia non potest. Si ergo dolor admittat rationẽ, correptus propheta sine dubio fatetur zelo hois iustiorẽ esse dei clementiã. Ut tandem & hoc ipsum ad Christi personam in mysterio referamus, primũ illud reminiscamur, quod agonizans in passione sua, tristis est, inquit, anima mea usque ad mortẽ. Deinde subiungens: Spus quidẽ promptus est, caro autem infirma. Contristabatur enim pro futura euerfione Hierosolymorum in sanguinis sui uindictã, unde & antea uidẽs ciuitatẽ fleturam super illam, et illa tristitia siue fletus erat ex carne infirma, nam spus promptus erat, sciens non esse curandum de carnalitate, sed de sola iustitia diuina. Dicat ergo spiritus promptus carni infirmæ: Tu doles super hederam in qua non laborasti, neque fecisti ut cresceret &c. Denique tota pulchritudo ciuitatis, & cultus templi speciosus, quasi hederam parui haberi debuit in cõspectu diuinitatis, pro qua utique nos Ionas. i. colũba siue dolens Christus non laborauit. Neque enim iccirco deus homo factus est, laborẽque subiit passionis, ut in tali templo, siue in illis gloriaretur, aut requiesceret carnalibus templi ceremonijs, sed iccirco ut saluaret Ninie, ut passioe sua redimeret mundũ, secundũ illam dei patris prophetica uocẽ. Postula à me & dabo tibi gẽtes hereditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ. Sed nec fecisti, inquit, ut cresceret herba, id est nec exegisti, ut tibi offerretur eiusmodi uictimæ & holocausta, iuxta illud Hieremiæ. Non sum locutus, ait, cum patribus uestris, & non precepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocaustorum & uictimarum, sed hoc precepi eis dicẽs: Audite uocem meã, & ero uobis deus &c. Eiusmodi hederam sub una nocte nata est & sub una nocte perijt, quia uidelicet cito legẽ populus ille recepit dicẽdo, omnia quæ locutus est dñs faciemus, & erimus obediẽtes. Cito deseruit primũ sequendo Hieroboam, et dicẽdo: Non est pars nobis in Dauid, atque seruiendo aureis uitalis, & deinde secundũ persuasionem pontificũ denegando & crucifigendo Christũ filiũ dei. Dicat ergo ut iam præfati sumus, spus promptus infirmæ carni, Tu doles super hederam, id est super propinqua tua gente Iudæa, et ego non parcã Ninie ciuitati magnæ, non prouidebo saluti gentium in toto orbe quæ ignorant & errant. Multa namque sunt in gentibus milia hominum, qui ad simulachra muta, prout ducuntur, eunt, non per maliciã, sed per ignorantiam, & sine dubio uias suas corrigerent, si haberent ueritatis noticiã, si ostensum fuerit illis quid sit inter dextrã & sinistra suam, id est inter dei ueritatem, & hominum mendacium. Quod quia nondũ sciunt, similes sunt puerulis, qui præ imbecillitate infantie, nesciunt quid sit inter dextrã & sinistra suam. i. quæ manus utrum dextera an sinistra ualentior, & usui cuiuslibet aptior sit, quia nondũ sunt experti, & qualiter enim adhuc pro tempore, quia nuper de uulua prodierunt, utrumque brachiolum, utraq; manus omnino imbecillis est. Talium plusquam centum uiginti milia erant in illa Ninie

Israel, ut hederam & scenum

Esai. 40

Mysterium doloris super hederam. Mat. 26.

Psal. 2.

Hiere. 7.

Exo. 24.

3. Reg. 12.

Qui nesciunt quid sit inter dextrã & sinistra,

X utpote

COMMENT. RVPER. ABBA.

utpote civitate magna. Nam cum esset ampla trium dierum itinere, non incredibile est tam in ea fuisse multitudinem, solummodo paruulorum & lactentium, qui (sicut iam dictum est, nullum dexteræ & sinistrae suæ, quæ nam amplius ualeret, cœperant experimentum.

¶ Finis libri secundi & ultimi in Ionam prophetam.

PRO LOGVS RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN MICHEAM PROPHETAM.



Micheas sextus in ordine duodecim prophetarum secundum nomen suum, quod interpretatur humilitas, in oculis suis fuisse humilis credendus est. Mysterium namque uenturi Christi filii dei, quod non superbis, sed humilibus ab initio reuelatum fuit, iuxta quod ipsemet ore proprio pronuncians. Confiteor (inquit) tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis, ita huic reuelatum est, ut non solum quod uenturus uel nasciturus esset uerum etiam locum natiuitatis eius præsciret & prædiceret. Ait enim: Et tu Bethleë Efrata, parua es in milibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israhel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Hoc de dominatore Christo, & de natiuitatis eius loco dictum esse per hunc humilem, nec superbi dubitare potuerunt, qui Herodi sciscitanti ab ipsis ubi Christus nasceret, respondentes, in Bethleë Iudæe debere nasci, testimonio presenti usi sunt. ¶ Hoc plura cæteris prophetis hic accipisse uidetur, ut locum quoque designaret natiuitatis eius præfatus Christus Dauid, qui magna cum afflictione & uigilijs atque oratione se hoc ipsum quæsisse & inuenisse commemorat cum dicit: Memoro domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius, sicut iurauit domino, uouit uouit deo Iacobi: si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectulum strati meæ, si dero somnum oculis meis, & r. t. m. d. i. l. d. t. i. His namque uerbis iuxta literalem sensum, declarat se cum accepisset promissiones Christi de semine suo nascituro, locum quoque scire uoluisse ubi nasceretur, & pro hoc desiderio nouisse quod nullam suo corpori requiem indulgeret, nisi prius desiderata rei noticiam consequeretur. Etenim dum protinus subiugit, ecce audiuimus in Efrata, orati sibi reuelatum esse clara uoce pronunciat natiuitatem eius futuram in Bethleë ciuitate sua, quia uidelicet Efrata ipse est Bethleë. Quod ergo Dauid tanta cum instantia supplicanti reuelatum est, non parua gratia percepit, & hic secundum nomen suum humilis natus de Moysi tibi, quod interpretatur hæreditas, & erat uiculus haud grandis. Cuius uidelicet uocabulum mysterium eidem nihilominus congruit, quemadmodum & cæteris omnibus, quorum hæreditas est uerbum domini, & dicere possunt cum Dauid: Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum, quæ ex altario cordis mei sunt. Hic (ut iam dictum est) sextus sit in ordine duodecim prophetarum, ut in quibusdam quasi in corde uoluminis profunda positis mysteria continet, & in perscrutanda difficultas est. ¶ Cum ergo & difficile sit, & temerarium possit iudicari, post magnorum studia patrum, non extrinsecus subsequentes aliquid in hominum profunditatibus scrutari, iam cessandum putaremus ab intentione scribendi, sed talis interim metis nostræ debilitas sese aperit, ut ex ipsius consideratione commoniti, illius recordemur uersiculi: Dormitauit anima mea præ tædio, confirmata me in uerbis tuis. Tædium namque in ocio patimur uitæ presentis, & quasi dormitando uiam facimus uanis cogitationum phantasiis, nec est aliud præter hominum studium, quod animi nostri statum confirmare possit, utpote in opis atque inertis secundum similitudinem serui, qui neque quinq; talenta neque duo, sed unum tantum accepit. Vnum talentum est intellectus, quo nostra paruitas sese sentit esse munera, & propterea fugiendum sibi est exemplum serui nequam, qui fodiendo in terram talentum abscondit, & nullam saltem alicuius boni sermonis reportauit usuram. Qualitercumque autem de nostra intentione iudicent, hoc intendere nos profitemur, ut meditando atque scribendo presentis uitæ releuemus tædium, consolemur exilium, & hæreditate acquiramus testimonium Christi filii dei in æternum, illum ergo attendentes, qui omnibus seruis suis dicitur: Veniamini dum uenio, lucrum aliquod conquiramus, etiam de propheta isto.

Mat. ij

Mich. 5

Mat. 2.
Soli Dauid et
Micheæ reuelatus est locus
natiuitatis
Christi.

Psal. 133

Ge. 35

Psal. 138

Rupertus humilitas in studio.

Psal. 100

Mat. 25.
Lucæ. 19

FINIS PROLOGI.